

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Passio ab cum fonte primo

Caput angelicis tremebundum spiritibus
densitate spinarum pungitur; facies
pulchra pre filiis hominum sputis
Iudeorum deturpatur; oculi lucidiores
sole caligantur in morte; aures que
audiunt angelicos cantus, audiunt
peccatorum insultus; os quod docet
angelos, felle et aceto potatur; pedes
quorum scabellum adoratur,

cruci clauo affiguntur; manus que
formauerunt celos, sunt in cruce extense
et clauis affixe; corpus uerberatur, latus
lancea perforatur. Et quid plura? Non
remansit in eo nisi lingua ut pro
peccatoribus oraret et matrem
discipulo commendaret.

Bernardus in quodam sermone.

De hoc, qualiter in omnibus sensibus
dolorem habuit, dicit Bernardus:
'Caput angelicis tremebundum spiritibus
densitate spinarum pungitur, facies
pulchra pre filiis hominum sputis
Iudeorum deturpatur, oculi lucidiores
sole caligantur in morte, aures que
audiunt angelicos cantus audiunt
peccatorum insultus, os quod docet
angelos felle et aceto potatur, pedes
quorum scabellum adoratur
quoniam sanctum est
cruci clauo affiguntur, manus que
formauerunt celos sunt in cruce extense
et clauis affixe, corpus uerberatur, latus
lancea perforatur. Et quid plura? Non
remansit in eo nisi lingua ut pro
peccatoribus exoraret et matrem
discipulo commendaret'.

Iacobus de Voragine, *Legenda aurea*, 51
(G.P. Maggioni ed., p.388).